



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

XLVI. Differentia 3. Iure Canonico omnes clerici de bonis propriis testari
liberè possunt,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

XLVI.

DIFFERENTIA 3.

Jure Canonico omnes clerici de bonis propriis testari liberè possunt, c. Sint manifesta 12. q. 1. & c. 1. q. 5. cad. At jure civili de quaesitis labore & industria sua non possunt testari, sed ecclesia ipsorum cedunt. Auth. Licentiam, C. de episc. Ioann. Bapt. à S. Blasio § 2.

I. **T**EXTRUS capitis *Sint manifesta*, ex Canonibus Apostolorum hic est: Sint manifesta res propriae episcopi, ut potestatem habeat de propriis moriens episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit, relinquere, c. 1. 12. q. 5. Nihil dubium est, quia sicut sacerdotibus res in episcopatu acquisitas nulla est alienandi licentia, ita de his: quas ante habuerunt, quicquid judicare voluerint, non vetantur. Idem repetitur in c. 4. Fixum, ibid. similiter in c. 1. & 9. de testam. & ult. volum. De bonis ecclesiae autem, & in tantum ecclesiae acquisitis non licet testari illis, ibid. De his, quae consideratione ecclesiae percipiunt, nullum de jure possunt facere testamentum. Navar. de redd. eccl. q. 3. Covar. c. 7. de testam. Clarus §. testam. q. 27. Molin. disp. 147. Menoch. de reb. Casu 195. Fachin. l. 6. c. 75. Sylvest. v. Testam. 1. n. 3. & 4. Less. c. 19. dub. 4. Layman. l. 4. tract. 2. c. 2. Bonac. Tom. 11. pag. 641. Filliuc. tract. 34. c. 7. n. 158. Plafec. par. 2. c. 5. n. 37. Eragund. de Contrah. l. 6. c. 9.

II. Quod Jus civile attinet, Auth. citata à Ioann. Bapt. à S. Blasio ex Novellâ 131. c. 13. sic loquitur: Licentiam habeat

episcopus, quaecunque ante episcopatum probatus fuerit habuisse, & quaecunque post episcopatum jure cognationis usque ad quartum gradum ad eum pervenerint, ad quos voluerit, ultimâ voluntate transmittere: ceteris rebus alio modo acquisitis ab eo, dominio Ecclesiae reservatis, nisi in utilitatem Ecclesiae vel opera pietatis consumptae sint. Ita leges, rem ipsam & hujus aevi mores spectando, communiior DD. doctrina est. Primò Clerici beneficiati Jure communi ex redditibus beneficiorum suorum nullum testamentum condere possunt, c. Quia nos, c. Cum in officiis, c. Relatum 2. de testam. Secundo, huic rigori per contrariam consuetudinem derogatum est, ita ut beneficiati liberè testentur de illis, quae congruae sustentationi superflua sunt. Tertio de illis quoque testari possunt ad pias causas, quae paucius vivendo compararunt. Navarr. in apol. q.

1. Monito 30. c. Manifesta 12. q. 1.

Less. c. 19. dub. 4. Coton.

in Comp. Diana v.

Beneficiarius.

* *

H

XLVII. DIF-

Antinomia.